Audi quomodo ipse d̄s dicit faciamus hominem ad imaginem & similitudinem
nostram; Vide cuius decoris cuius pulcritudinis est anima imaginem hab&
& similitudinem d̄i; hanc pulcritudinem contrariae potestates cum aspiciunt.
id est zabulus & angeli eius concupiscunt speciem & quia non possunt sponsi
eius fieri; meretricari cupiunt cum ea; Si ergo susciperis o homo in cubile
animae tuae; adulterum zabulum meretricata est anima tua. cū si receperis angelos
eius si sp̄s diversos qui peccare te suadeant meretricata est cū eis anima tua; Si
sp̄s irae. si invidiae. si superbiae. si inpudicitiae ingressus fuerit ad animam tuam
& receperis eum (& consenseris eum.) loquenti in corde tuo. delectatus que fueris his q; tibi secundū
suam mentem suggerit meretricatus es cum eo; Meretricem eē ergo non ac
cipi& sacerdos magnus & contaminabit semen suum in populo suo; quod est
istud semen quod contaminari non vult in evangelii scriptū est quia qui seminat
verbum seminat non vult ergo contaminari verbum d̄i. ab his qui seminant; qui
autem qui seminant qui verbum d̄i in ecclesia p̄ferunt; audiant ergo doctores
ne forte animae contaminatae animae meretricanti. animae infideli verba d̄i
credant; Ne forte mittant scm̄ canibus & margaritas ante porcos; sed ani
mas mundas virgines in simplicitate fidei que in xp̄o est elegant. ipsis co
mittant secreta mysteria. ipsis verbum d̄i & archana fidei proloquantur.
ut in ipsis xp̄s formetur p̄ fidem; Aut nescis quia ex isto semine verbi d̄i
quod seminatur xp̄s nascitur in corde auditorum; hoc enim & apostolus
dicit donec formetur xp̄s in nobis; Concepit ergo anima ex hoc verbi semi
ne & conceptum format in se verbum donec pareat sp̄m timoris d̄i; Sic enī
p̄ propheta̅m dicunt animae scōrum; a timore tuo dn̄e concepimus in utero
& parturivimus & peperimus sp̄m. salutis tuae fecimus in terram; Iste
est scārum animarum partus iste conceptus ista sunt scā coniugia que con
veniunt & apta sunt magno pontifice xp̄o ihū dn̄o nostro cui est gloria
& imperiū in scla sclorū AMEN EXPLICIT DUODECIMA

INCIPIT OMELIA TERTIA DECIMA

DE DIEBUS FESTIS ET LUCERNA ET CANDELABRO ET OLEO AD LUMEN ET DE MSA
& panibus propositionis. qui perfectus est ab ipso dō docentur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0529